11/61-005

Clarissime Domine Professor!
Domine et Doctor Colendissime!

Forte non ignotum erit Claritati Tuae, me scopo exercendae Botanicae iter Constantinopolim susceptarum, meamque ibi commorationem aliquot annis duraturam esse; siquidem tamen hoc iter cum conspicuis expensis conjunctum esset, ego autem has ex propriis facultatibus tegere nequirem, sic optimum esse ratus sum, viam subscriptionum Actionalium ingredi; — quare rem Claritati Tuae non ingratam me facere firmiter confido, dum adjacentem Actionis quietantiam cum illis precibus Eidem transmitto, ut in promotionem scientiae amabilis eandem quietantiam acceptando, Tuum contribuere non graveris. Claritatis Tuae responsum unice sufficiet, ut in distributione Collectionum in regione Botanica Tui condignam reflexionem facere valeam.

In reliquo Claritatem Tuam majorem in

modum oro, ut meam libertatem aequi, bonique consulas, propositionemque acceptes, ex fi-
deficiente cum veneratione persisto.

Flaminio die 8a Aprilis 1837.

C
Claritatis Suae

ad Officia paratissimus

D. Noë

V. FIUME.

Alle

Ornatissimo Signore il Sign: Dottore

ed Professore de Visiani

a

Padua.

fr.

1/2.

PADOVA
9. APR.